Sigismundus dei gracia Rex Polonie magnus dux Lituanie Russie tociusqz Prussie ac Masovie etc dnus et
heres, Significamus tenore pncium, quibus expedit vniversis. harum noticiam habituris. Quia dum questi essent coram nobis. Opidani et incole
opidi nostri Radziejow. in terra Cuiavie siti, quod mercatores et vectores eiusdem opidi in solucione Teloneorum per nostros Teloneatores Radziejowien con
tra veterem consuetudinem, non mediocriter grauarentur, deputaveramus certos Commissarios nros. ad investigand et rei veritatem, et racionem solucois
dictorum Theloneorum. antiquitus fieri soliti. vt ipsi medio corporali iuramento, certorum proborum et fidedignorum hominum. indigenarum opidi predicti de
solucione dicti Thelonei inquirerent, et nobis tandem significaret, Quare, prefati Commissarii nri, comperta rei veritate, secundum quod a nobis eis iniunctu
erat, patentibus lris suis significatorialibus. titulis et sigillis eorum obsignatis, in hunc modum denunctiarut. Quod Teloneum in Radziejow semper, et vt
est hominum memoria, hoc modo et non alr solvebatur, vt dum et quando Cives seu vectores Radziejowien, res et merces suas. aliunde, quam in dicto opido
coemptas, per Radziejow duceret, nihil a talibus rebus seu mercibus ibidem in Radziejow solvebant. Quando vero aliorum mercatorum ex aliis ciuita
tibus. et opidis, res seu merces quascunqz dicti opidani seu vectores per Radziejow vehebant, medietatem dumtaxat, Thelonei Radziejowien. solvere atqz
pendere sunt soliti, Quapropter Nos accepta de hac re sufficienti commissariorum nrorum testificacione. coram eis ritte et legittime facta. Cupiens vnu
quemqz in iure et iusticia sua conservari ac manutenere, Decernendum et statuendum duximus, decerniminusqz et Statuimus pntibus. memoratos
opidanos Radziejowien, pntes et futuros. ad aliam Telonei solucionem, quam vt superius per Commissarios nros expressum. ac per nos declaratum est, no
fuisse. neqz debere esse obnoxios, verum illudipsum Teloneum, iuxta veterem cosuetudinem Teloneatoribus nostris Radziejowien soluat. ppetuis tempori
bus. pntium tenore mediante. Quocirca tibi moderno. et pro tempore existen, Thelonatoribus nris Radziejowien idipsum innotescen mandamus
Quatenus memoratos opidanos, omes et quemlibet eorum, circa presens decretu nostrum conservetis et conservari curetis. et ad insolita eos Telonea
non compellatis neqz per suos vicesgerens compelli permittatis, pro gra nostra no alr factur In cuius rei testimonium Sigillum nrm pntibus est
Subappensum. Act et Dat Cracovie in conuetione Generali die domico festi Sancte Agnetis virginis ac martiris Anno domini mille
simo Quingentesimo Tricesimo Secundo Regni vero nri anno vicesimo Quarto.

Crisstoforus de S. Cast et C.
Crac. ac R. p. Cancs. (manu propria)

Relacio Mag[c]i Chrophori de schidlowiecz Castellai
et Capit Cracovien ac Regni Poloniae Cancellarii &c.

Radzieiowiensium Libri
theloneo qui proprias
merces duxit &
Radziowi

Privilegiū quo cavetꝰ a solvendo
a ꝑpriis mercibꝰ teloneo in Ra-
dziejow liberi.

1532

1532 15